



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 24. Rothomagum a Regiis copiis obsessum, captumque.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Stamparum Duces, necnon Matignonus Sæcul. XVI.
 Regiis copiis imperabant: Principis au- A. C. 1562.
 tem Condæi nomine Gabriel Lorgesius
 Montgomeriensis Comes, necnon Mor-
 villerius exercitum ducebant; Dux ve-
 ro Bullionius Calvinista, ac juratus
 Montgomerii inimicus promiscue Ca-
 tholicis æque, ac Hæreticis, quantum
 poterat, damna inferebat, prout vel se-
 ctæ suæ studium, vel odii, quo in ho-
 stem suum ferebatur, libido eidem sug-
 gesserat, omnique data occasione tam
 hos, quam illos promiscua cæde dele-
 bat: eapropter omni ex parte commer-
 cii libertas erat intercepta, atque ipse
 etiam Senatus Rothomagensis relicta
 urbe Luparias secessit, proin ibidem
 tam justitiæ, quam Religionis Catholi-
 cæ exercitia cessabant. Equidem Amu-
 lius Dux non ita pridem hanc urbem
 obsederat, verum Morvillerii fortitudi-
 ne inde depulsus erat; quapropter Rex
 hanc ignominiam reparaturus exerci-
 tum suum admoveri, urbemque Mense
 Septembri ad medium vergente cingi
 iussit.

§. XXIV.

*Rothomagum a Regio exercitu obses-
 sum, captumque.*

Hanc urbem unacum duobus Anglo- Thuan. l. 33.
 rum millibus, octingentis Gallis, ac n. 4.
Hist. Eccles. Tom. XLV. T t tre-

Sæcul. XVI. trecentis peditibus Mongomerius Co-
A. C. 1562. mes, qui Morvillerio subrogabatur, pu-
 pugnat, ad strenuam defensionem
 paratus, qui etiam urbem ab holte in-
 vasam incredibili prorsus fortitudine
 tuebatur: ex adverso Catholici Regis præ-
 sentia milites animati, nec non Nobilitatis
 flos suæ virtutis specimina edere cupi-
 dissimus, omni ferme momento gravissi-
 mis sese exponebant periculis; ex al-
 tera autem parte Galli urbis præfidi-
 arii veterani erant milites longævo ar-
 morum usu in Pedemontio exercitati:
 quoniam tamen Catholicis plurimum
 intererat, ut hac urbe potirentur, prius-
 quam Calvinistæ Germanorum suppe-
 tiis auferentur, hinc Guisus Dux imple-
 met fossas, aggeresque, ut obsidentium
 labores urgeret, sæpius lustrabat, & po-
 stea impetu in S. Catharinæ propu-
 gnaculum facto illud occupabat, urbis-
 que præfidiariis honestas deditiois con-
 ditiones offerebat, quibus tamen re-
 jectis Guisus Dux omni ex parte die
 vigesima quinta Octobris irruptionem
 in urbem facere iussit, eamque quinta
 post cæptam obsidionem septimana suis
 armis subjecit, ac illam per octiduum
 eo majori sævitia, quo uberior esset spo-
 lii abundantia, deprædationi reliquit.